Legrand, Jacques: Sophilogium

[s. l.], [um 1453-1455]







mure cepisset maluit alteri
cuidam pro ducentis denarijs ven
dere quam sue fami prouidere Itaque
auarus cum suis ducentis denarijs
fame mortuus est sed emptor dei
prouidencia vixit Ecce quanta cu
piditas que hominem ita detinuit
ut pocius fauet cupiditati quam
proprie saluti In lucanus libro tercio
Ferrum mortemque timere auri nescit
amor Et virgilius libro 3o Eneid
Quid non mortalia pectora cogis
auri sacra fames Ideo katho
dilige denarium sed parce dilige
formam Illi enim parte denarium di
ligunt qui pro sola numismate querunt
sed formam illi desiderant quod dena
rios vendicant non pro necessitate
sed pro superflua auiditate quod faciunt
diuites iuxta illud petronij di
uitis Hec magni facies erit om
nia cernens qui tenet et sacco con
querit ore fame Et marcialis
coquus Fortuna multis dat ni
mis nulli vero satis signat a
uaris In prosperi libro epigramatum
Nec parcus sollicitis nec modus est cu
pidis Et magister Reylo Non
bene dignus equus cui carior est
equus equo Sed tamen arcidiaconus audis
qui res vltra equum id est iustum di
ligit

## Capitulum decimum nonum De Rapina et fraude

Raptor nil suo raptu
feliciter conquestat Quicquid
enim pretextu fraudis acqui
ritur male possidetur In Tulius
libro 3o de Officijs Detrahere
aliquid alteri magis est contra
naturam quam mors Et philippi

ca 2a Male inquit parta ma
le dilabuntur Nempe difficile
est ut quis ex rapina prosperetur
Si enim quis suis diebus gaudere
videatur heres quem rapuit eius
aut prospiratis aut non erit durans
aut in successoribus non durabit
Iuxta id Seneca in epistola ad lucillum
Nulli inquit cui rapina feliciter
cessit gaudium rapti durauit in
posterum nec mirum quia nullum
violentum perpetuum Rursus mirum
est atque dei displicabile nobis eos
videre raptores quibus bonorum
plenitudo maior collata est et qui
possessionibus amplioribus fruuntur
rape pauperibus sollicitantur qui y
mo et raptores a raptoribus capi
unt In plantus in aulularia Se
pe condita luporum fiunt rapine
vulpium Itaque vulpes quandoque lupis
rapiunt ea que lupi rapuerunt
Hoc nimio contigit ut arte propria
artifex pereat sua Difforme est
tamen virtutis gloriam magnitudine
prede minuere Proh dolor die
bus istis rape multis non appet
pudibundum quoniam magni la
trones latronum sunt iudices eos quod
non castigat quorum preda afficit
eis sed solum illos iudicant et rigo
rose senteciant quorum rapine
eis non suffragabantur Quot enim
regibus et principibus fuerunt rap
tores qui pauperum bona nunc propria
auctoritate nunc stalida temeritate
tollunt Quinque etenim delicta negant
et negare si nequeant ad satisfac
cionem cogi non formidant qua

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0161

© Universitätsbibliothek Freiburg

gefördert durch Baden-Württemberg